Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Michaelis

WollEdler/ Vest/ und Hochgelahrter/ sonders Hochgeehrter Herr/ und Freundt/ Auff desselben an Mich abgelassenes Schreiben/ und die wider das hiebevor nomine Facultatis Iuridicae Kilonensis ... Responsum ... : [Datum Lübeck/ 12. Septembris. Anno 1669.]

[S.l.], [1669]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796639388

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

MK
13850
1-4

13850

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796639388/phys_0001
DFG

Thurmann, Caspar: Schreiben An die loebl. Juristen Facultaet der Universitaet zu Kiel. Wegen dess betrieglichen, also nichtiglich und straffmaessiger weise auffgerichteten Vergleichs, wie auch gemachter schaendlichen Theilung, zwischen Frau A. E. gebohrne Cothmans, Wittib von Hillen, und dero Kinder erster Ehe / Caspar Thurmann. - [Luebeck], [1668]. - 2°
Signatur : MK-13850.1

Responsum Amplissimae Facultatis Juridicae Kiloniensis [in pcto. betrueglichen Vergleichs in der Cothmann- Thurmannschen Sache]. - [s.l.], 1668. - 8 S. ; 2°
Signatur : MK-13850.2

Michaelis, Heinrich: [Rechtliches Erachten : in der Cothmann-Thurmannischen Sache in pto. betruegerischen Vergleichs und Beylagen] / H. Michaelis. - Luebeck, 1669. - 24 S., [4] Bl. ; 2° Beilagen.
Signatur : MK-13850.3

Sententia Cassatoria Dess also genandten Vergleichs, und gemachter Theilung, Zwischen Frau A. E. gebohrne Cothmans, Wittib von Hillen, und dero Kinder erster Ehe ... Sententia In puncto gerichtlich beschaffender Division dess den Hillischen Kindern hinterlassenen Vaeterlichen, und absonderlich, ad vivendum constitui & confirmari Tutores .... - [Schwerin], [1669]. - [1] Bl.
Signatur : MK-13850.4

Responsum Chiloniensi [in pcto. betrueglichen Vergleichs in der Cothmann-Thurmannschen Sache]. - [s.l.], 1668. - [3?] Bl. ; 2°
Signatur : MK-13850.5

Fuerstl. Schwerinscher Abscheidt. In Sachen D. Caspari Thurmanns ... wieder Doctorem Johan Jacob Doebeln .... - [Schwerin], 1668. - [1] Bl. ; 2°
Signatur : MK-13850.6

Instrumentum Uber D. Caspar Thurmans, im Nahmen seiner Eheliebsten, Anna Elisabeth Cothmans, coram Notario & Testibus gethaner, dem Concilio Acad. zu Rostock insinuirter, Erklaerung und Contestation, des vermeinten angegebenen Testaments halber .... - [s.l.], 1668. - [2] Bl. ; 2°
Signatur : MK-13850.7

Instrumentum Uber D. Casp. Thurmans, im Nahmen seiner Eheliebsten, Anna Elisabeth Cothmans, coram Notario & Testibus beschehener, und dem Concilio Acad. zu Rostock insinuirter Protestation, laut einhalts. .... - [s.l.], 1668. - [2] Bl. ; 2o
Signatur : MK-13850.8

Instrumentum Uber Frauen Anna Elisabeth, gebohrner Cothmannin, D. Casp. Thurmans Eheliebsten, coram Notario & Testibus beschehener, dem Concilio Acad. zu Rostock insinuirter Contestation, wegen ihres Seel. Herrn Vaters muendlichen letzten Willen .... - [s.l.], 1668. - [2] Bl. ; 2°
Signatur : MK-13850.9

Delineatio Processus, cum Responsis Juris, &c. Welcher gestalt Rector und Concilium der Universitaet zu Rostock, unter dem Vorwand eines (nunmehro 30.jaehrigen, abolirt- und cassirten Testaments ...) den 24. Decembr. Anno 1666. ... die nicht exprimirte, auch nie citirte, noch gehoerte Cothmannische Erben, einen ganz nichtigen, und widerrechtlichen Process a Praecepto, seu potius Concluso angefangen .... - [s.l.], 1668. - [4] Bl. ; 2°
Signatur : MK-13850.10

Unsern Freundlichen Gruss zuvor ... Rationes Decidendi ... [Rechtliches Erachten : in der Cothmann-Thurmannischen Sache in pto. betruegerischen Vergleichs]. - [s.l.], 1670. - 14 S. ; 2°
Signatur : MK-13850.11

Arrestorum Injustitia, Vel In Iqvitas, Oder Missbrauch der Arresten ....-[s.l.], [s.a.].- [3] Bl.
Signatur : MK-13850.12

Injustita Reconventionis Siverianae.Oder Extractus Responsi Jureconsultorum Universitatis Kiloniensis, Nebst einigen andern Stuecken, Woraus die Injustitia Reconventionis zu hellem Tage lieget. In Sachen D. Caspar Thurmans, und dessen Ehefrawen, Wieder Sigfrid Siversen, Stud. Theol. In Puncto Vis Privatae, & Corruptionis. (Vid. Respp. B. Dn. D. Michaelis, sub Num. IX. pag. 218. & seqq.). - [s.l.], [1667].-[8] Bl. ; 2°
Signatur : MK-13850.13

~~MK – 1100.~~ 2°

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796639388/phys_0002
DFG

Woll Edler/ Vest/ und Hochgelahrter/ sonders Hochgeehrter Herr/ und Freundt/

AUff desselben an Mich abgelassenes Schreiben/ und die wider das hiebevor nomine Facultatis Juridicæ Kilonienſis auff deß Herren Doctoris reqviſition auffgesetzte Reſponſum, in puncto deß zwiſchen deß Herren D. Eheliebſten an einem/ und D. D. und B. P. wegen deroſelben Kinder erſter Ehe/ am andern Theile/ concipirten Vertrages über ehrengemelter deß Herren D. Eheliebſten Güter/ und derſelben Theilung referirte, von einigen inß mittel gebrachte Dubia laſſe Ich unverhalten ſeyn/ was geſtalt ich/ ſothaner gemachten Dubiorum ungehindert/ anfänglich nicht anders judiciren und befinden könne/ dann/ daß den Rechten nach der ſo genandte Vertrag ad nullum aliud negotii genus, als *ad transactionem*, zu referiren/ qvia reſpectu & intentione præcavendarum litium, actionum, & prætenſionum inter Matrem, ejusqve ſponſum, ſeu ſecundum maritum, ac liberos prioris & poſterioris matrimonii conceptus eſt omnis iſte tractatus, qvod apparet ex *rubrica*; Vertrag zwiſchen Fr. A. E. geborne C. Wittib von H. als Mutter/ und dero vier Kinder erſter Ehe/ ſo von ietzigem/ als auch künfftigen Herren Schwieger-Söhnen unterſchrieben werden ſoll. Item ex verbis proœmii: Und aber die Fr: Mutter gerne wolte/ daß unter ihr und ihren Kindern ſowol bey ihrem Leben/ alß auch nach ihrem Tode/ gute Einigkeit verbleiben möchte/ dannenhero umb guter Richtigkeit willen bey ſich beſchloſſen/ ſowol wegen Väterlicher/ als Mütterlicher Güter/ ſo mit aller bewilligung in eine *Maſſam* zuſammen geworffen/ denen vier Kindern ein gewiſſes eins vor alle außzuſagen/ ſtracks heraus zu geben/ und ſie damit dergeſtalt/ daß ſie weiter/ alß in dieſem Vergleich enthalten/ nichts zu *prætendiren* haben ſolten/ zu befriedigen. Et in concluſione: womit dann dieſer Vergleich ſeine völlige Richtigkeit hat/ und renunciiren darauff ſo wol die Fr. Mutter/ alß auch die Kinder allen denen *Exceptionibus* der Rechte/ ſo auff einige weiſe wider dieſen Vergleich einem oder anderm theile zu ſtaten kommen könten/ Et iterum: Damit nun dieſer Vergleich von dato an unwiederrufflich ſeine Krafft haben und behalten möge/ iſt derſelbe von der Frau Mutter/ ihrem Eheliebſten/ Herren Schwieger-Söhnen/ Jungfrauen Brauten/ und Beyſtandes Freunden/ unterſchrieben/ unterſiegelt/ hernach ein Exemplar außwertig von allen *Intereſſenten* mit ihrem Siegel verſchloſſen ad acta Rev. Concilii hieſelbſt niederzulegen/ und deßwegen einen Schein zu fordern/ beliebet worden: Ergò ad Transactionum claſſem referendus, & ex natura & ſecundum Jura transactionum dijudicandus eſt iſte tractatus.

per l. 35. §. 1. in fin. C. de inoff. teſt. qui textus in hisce terminis pactionis, ſeu transactionis, ſuper diviſione & conſtitutione quotæ hæreditatis loquitur: & per tradita Schraderi 2. Conſil. 46. n. 15. & ibi citata.

Sed & porrò ſub nomine & titulo transactionis omnia hic dicuntur acta, dum & in rubricâ, & in proœmio, & in ipſo contextu, uti & in concluſione, *ſexies* Verbum Vertrag & Vergleich/ habetur. Cum autem transactionem nominant contrahentes in inſtrumento contractus, transactio celebrata videtur, non diviſio,

dicit in terminis Schrader. d. 2. Conſil. 46. n. 15. & n. 40. cum multis alleg. ubi docet,

Qvòd maximè illud ſit pro vero nomine negotii acti habendum, quod in proœmio & fine pro nomine ejus exprimitur; & certum ſit, eum contractum celebratum intelligi, qvem contrahentes nominaverunt, niſi de contraria mente contrahentium, vel alia ſpecie negotii appareat, vel conſtet. Nam qvalis res nominatur, talis intelligenda,

Mantica de tac. & ambig. conv. p. 2. lib. 22. tit. 8. n. 1. 7. 17.

qvia verba sunt rerum notæ,

Cic. in Top.

& pasionum, quæ sunt in animo,

Cagnol. l. fin. C. de pact. n. 257.

& mens ex verbis intelligenda,

l. 2. 7. D. de suppell. leg.

ubi nomen, ibi & jus intelligendum, qvod nomine istô denotatur,

l. 7. in fin. C. de natural. lib. §. 11. 15. Instit. de hæred. ab intest. §. 3. Instit. de leg. agn. succes.

aliud autem hic actum esse, vel alia species negotii hîc non apparet. Nec sanè *nuda divisio* intenta, & facta hic dici potest: Sed primùm pactum super istâ qvæstione, an divisio instituenda esset, vel non: deinde, quomodo, in quot, & quas in partes ea facienda, intentum. extra controversiam enim est, quòd vivæ matris nulla fuerit hæreditas, ergò dividi quoque non potuit hæc hæreditas, quia in rerum natura non fuit,

l. 1. de hæred. vel act. vend.

necdum delata. ergò, quæ de ea sive acquirenda, sive repudianda, acta essent, nulla fuissent.

l. 17. in fin. D. de acq. hæred.

nec aliàs ulla causa, ulla obligatio, ullum liberorum primi matrimonii jus ad petendam vel urgendam divisionem bonorum vivæ matris hic exstitit. Divisio autem per se nihil inducit, nisi nudè ipsum factum divisionis,

Boer: decis. 333. n. 4.

nec ad divisionem actio potest competere, nisi jus & causa præextiterit, ex qua, & secundum cujus requisita, facienda divisio,

l. 2. C. de Ord. judicior.

Unde, si ad eam mater obligata esse debuit, si liberis prioris matrimonii jus ad eam petendam competere; necessum sanè fuit, singularem aliquam causam constituere, & præexistere, ex qvâ illud oriri posset. Quare & hic illud factum, uti indicat tenor deß also genanten Vertrages/ oder Vergleichs/ daß die Väter- und Mütterlichen Güter mit aller bewilligung in eine Massam zu sammen geworffen/ und die Frau Mutter bey sich beschlossen/ denen vier Kindern ein gewisses eins vor alle auszusagen/ stracks heraus zu geben/ und sie damit dergestalt/ daß sie weiter/ alß in d esem Vergleich enthalten/ nichts zu prætendiren haben sollen/ zu befriedigen. secundum quæ deinde partes totius patrimonii materni (paterni saltem die H. Bibliothec, ein Hauß zu L. in der Rosenstrassen/ so von keinem wehrt/ und eine begräbnüs daselbst) enumerantur, & de singulis singula disponuntur, juxta quæ divisio bonorum fieri debeat, & omnia ea sub nomine transactionis, eines Vertrages/ und Vergleichs/ pertractantur, & in obligationem colligantur, quâ Mater, ejusque novellus maritus, liberi utriusque matrimonii, & generi debeant esse irrevocabiliter obstricti, & contenti. Ex quibus manifestissimum est, non nudam divisionem hîc factam, sed aliam causam constitutam, ex quâ, & secundum quam divisio facienda & modificanda esset. secundum eam igitur rem & negotii speciem hîc constituendam, & accipiendam esse, cum sit prima & præcedens causa, ex qua scilicet divisio dependet,

Schrad. d. cons. 46. n. 42. & ibi alleg.

eamque causam ad transactiones esse referendam, & ex natura transactionum, an, & quousque valeat, vel non valeat, dijudicandam, tametsi ea nulla sit, invalida, & rejicienda; qvemadmodum & testamenta nulla, injusta, invalida, testamenta tamen dicimus, & de nullitate & vitiis eorum ex naturâ testamentorum judicamus,

per l. 2 §. 1. D. testam. quemadm. aper. pr. Instit. de his qui sint sui vel al. jur. pr. Instit. de jur person.

Evictô igitur eô, & præsuppositô, quòd negotium, hîc à partibus tractatum & peractum, ad transactiones sit referendum, porrò per se inde dimanat, qvòd *transactio ista sit ipso jure nulla,*

per

per ea, quæ dicta sunt in Responso Kilonienſi, & Mandell. cum cit. textib. & Dd. Bartolo, L. Rom. Abbat. in Conſil. 89. n. 3. ubi clarè ſcribit,

Si ſub forma transactionis renunciatum ſit hæreditati, qvæ indubitatò ad aliquem pertinebat, renunciationem, & transactionem eſſe ipsô jure nullam, quòd transactio ſuper re clara & certa, ſive extra litem motam, ſive in lite jam ea ſit conſtituta, ſit ipsô jure nulla. Quod idem in terminis transactionis ſuper dividenda hæreditate tradidit quoque

N. Eberh. jun. 2. Conſ. 24. n. 86. 89. 90. & ibi citatus cum aliis Socin.

At quænam hîc fuit lis, vel cauſa metuendæ litis? cum Domina Mater jamdudum in quieta bonorum ſuorum eſſet poſſeſſione; & de jure liquidum & extra dubium, quòd liberi, vel generi, nullô prætextu ab ea viva partem bonorum petere poſſent, ſed contenti eſſe deberent bonis piè defuncti Domini Patris? Quòd ſi citra hanc pactionem mater deceſsiſſet, ſuccedendi jus certum & liquidum nihilominùs fuiſſet; ſi verò teſtata diſcedere maluiſſet Mater, improba fuiſſet teſtamenti factionis per pactionem impeditio. Non poteſt igitur hîc locum habere transactio, ſed nulla eſt, ut ex ejusmodi principio nullam declarant transactionem diviſoriam futuræ hæreditatis

Marp. 2. Conſ. 25. n. 74.

Ad hæc Transactiones de parentis vivæ hæreditate inter eam & liberos ſunt contra bonos mores, & propterea irritæ. Nam conſtitutum eſt

in l. 35. §. 1. C. de inoff. teſtam.

Quòd, ſi pater pactus ſit cum filio, ut acceptis certis rebus contentus eſſe debeat, nec de inofficioſo agere; illud pactum non teneat, ex hâc Juris naturalis ratione, quòd meritis magis filii ad paterna obſequia ſint provocandi, quàm pactionibus adſtringendi. Unde & contrá ſequitur, & quidem multò magis, non teneri parentem, ſi pacto ſe adſtrinxit ad dandam liberis, uni, vel pluribus, hanc vel illam portionem: ob identitatem, imò majoritatem rationis, quòd longè magis conveniat, parentes per obſequia liberorum potiùs ad gratiam & liberalitatem provocari, quàm pactionibus adſtringi. Correlativorum eadem eſt ratio, & quod ſtatuitur in uno, ſtatutum cenſendum eſt in alio, ſi ratio expreſſa in uno, ſimiliter & alteri poteſt accommodari, & conſtet, qvòd nulla ſubſit diverſitas.

Sec. Verba Domini Mev. ad jus Lub. lib. 1. tit. 5. art. 7. n. 94. ubi & alia citat. Menoch. 4. præſumpt 140. n 4. ubi de filiis & parentibus agit, et dicit, eandem rationem eſſe affectionis & pietatis parentum erga liberos, & horum erga illos.

etiam in materia correctoria & pœnali.

Jaſon Conſ. 221. §. ſeptimo. Baptiſt. de S. Blaſ. de Correlat. cap. 3. n. 33. & n. 31. 38. 39. 52. ubi de Correlatione Parentum et Liberorum.

& ubi eadem, vel major ratio, ibi idem omninò jus,

ut latè Schrader. Conſil. 23. n. 36. ubi oſtendit,

Quòd regula illa obtineat in omni lege, privilegio, in omnibus diſpoſitionibus humanis, etiam odioſis, & ſtrictis, licèt ſit ratio ſaltem conjecturata; modò nulla poſsit ratio alia, vel diverſitatis, rationabiliter aſsignari; cum eô caſu non extendatur, ſed ſaltem enucleetur diſpoſitio, ſtatutum &c.

VVeſemb. 7. Conſ. 121. n. 77. Jaſ. d. Conſ 221. §. Octavo. ubi,

quòd, cum una ſaltem ratio in ſtatuto, etiam correctorio & pœnali, probabiliter aſsignari poteſt, ex identitate illius rationis diſpoſitio ſtatuti etiam extendenda ſit ad caſum, qui ſaltem largâ ſignificatione poſsit comprehendi ſub expreſſo: & ſit interpretatio non extenſiva, ſed intellectiva,

quod & comprobat Oldendorp. tr. de Except. tit. de exceept. revoc. domum. et Heig. qu. 23. n. 25.

Inprimis, ſi majoritas rationis adſit, modò præcisè eadem ratio ſit in ſpecie. Privilegia etiam extendi ad caſus alios, de quibus nihil eſt dictum,

docet idem Schrader. d. Conſ. 23. n. 36. 84. cum ibi adduct. & Conſ. 28. n. 27. et Jaſon Conſ. 221. verſ. Primum. verſ. Tertio. verſ. Contrarium, & verſ. ſeqq. ibiq. alleg.

quòd,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796639388/phys_0007
DFG

quòd,ubi eadem est in specie ratio,ibi non sit extensio; sed proprius statutĩ intellectus, & major ratio minorem includat,& quòd etiam in correctoriis ex majoritate rationis licita sit extensio de stricta significatione ad latam, nec obstet, quòd in statuto correctorio non sit procedendum per tacitas conjecturas: quia proceditur extendendo per rationem,quæ habetur expressa in statuto.

Et certissimi Juris est, improbata esse pacta de acquirenda hæreditate viventis, non saltem inter eos,qui hæreditatem illam sibi obventuram sperant, sed & inter eum,de cujus hæreditate agitur,& alium, qvi hæreditatem illam captat,

Benè Dec. cons. 236. n 13. Schurff. 3. Consil. 95. & Cons. 50.

(ubi & saxonico jure idem observandum asserit, & latè persequitur rationes) sive de integra,sive de parte saltem hæreditatis,seu quota, agatur, & sint juramento,hypothecâ, constitutô vallata,

per textus claros & indubios,Bart. Azon. Joh. Fabr. n. 21. in l. fin.C. de pact. Alex. 3.Cons. 28. per tot. & Dd. cit. apud Jason. 2. Consil. 233. vers. septimò. Decian. 1. Cons. 31. n. 2. 158. et 2. Cons. 48. n. 11. Alciat. 8. Cons. 30. VVesemb. 7. Consil. 321. n. 67. & amplius 2. Consil. 71. usq; ad n. 13. Schrader. Cons. 19. n. 7. ubi plures vide. et n. 85. latè quoq; Dn. Mev. ad lib. 2. jur. Lub, tit 1. rubric. et agnoscit Cothman. 3. Cons. 44. n. 25. cum ibi cit. Curt. Bursat. Vultei. 2. Consil. Germ. 11. n. 45. Richt. decis. 26. pr. et n. 31. N. Eberh. jun. 2. Cons. 11.

Nec valet donatio hæreditatis, vel partis hæreditatis viventis, etiam de præsenti,& inter vivos facta,

Cagnol. cum cit. Bart. & aliis in l. fin. C. de Pact. n. 276. 277. 278.

Et pacta de futura, seu adventura, & sperata viventis hæreditate inter eum & alios, inter parentes & liberos, improbant leges & jura,

dicit lex 3.C. de Collat.

non ob interesse paciscentium privatum, puta, ne filia vel filius, ex filiali reverentia fortè modicô contenti,hæreditate & successione parentum fraudentur,ut quibusdam nostrorum visum; Verùm, ne pactis privatorum Juri & decori publico præjudicetur,

ut dicit Papinianus in l. fin. D. de suis et legit. ad quam vid. Cujac. lib. 12. Respons. Papiniani. Vultei. 2. Consil. Germ. 11. n. 45.

partim, quia pacta talia, quæ de bonis & hæreditate viventis percipiendis præproperè instituuntur, nedum, quæ captantur & procurantur, sunt contra bonos mores,

l. fin. C. de pact. Vult. d. l.

sunt festinatio contra jus gentium,

per eundem Papinianum in l. 29. §. 1. D. de donat.

Reip. autem interest, ut verecundia & honestas bonis moribus perseveret, neque aliquid illis adversum irrepat, & invalescat,

d. l. fin. C.de pact. l. un. C. de Majum. l. 4. D. famil. ercisc. l. 35. §. 1. C. de inoff. test. in fin.

Unde, siqvis partem bonorum proximæ cognatæ viventis alteri donet, & nihil actum est, & si donator deinde proximæ illi cognatæ defunctæ succedere velit, actiones hæreditariæ in totum ipsi denegandæ sunt, ut indigno, qvod adversus jus gentium festinavit,

d. l. 29. cum l. seq. de donat.

partim, & specialiùs propterea, qvòd ad honestatem & verecundiam illam conservandam hereditatum & successionum jura & dispositiones in libera voluntate hominum civiumqve usqve ad extremum vitæ terminum reqviescere potiùs, qvàm liberos parentum bonis in vita, improbâ nempe, præmaturâ, ac vulturiâ spe

l. 2 §. 2. D. de vulg. substit. l. 1. §. 21. D. de collat. bon. Cothm. 3. Cons. 44. circa initia.

qvam

ac inhoneſtam vocat

Gothofr. ad l. 25. verb. futuræ. C. de transact.

inhiare, & de bonis vivi parentis ſollicitos eſſe, aut ab hiſce liberos certis rebus, aut bonorum portionibus à ſe qvaſi abdicari, conveniat, qvippe qvorum utrumqve mutuis parentum & liberorum amoribus ac ſtudiis benè de ſe invicem merendi multis modis derogatorium; Et ſi in parentum utilitatem iſtæ pactiones fiunt, juſtæ liberorum ſpei imminutionem in tempus mortis, ubi qvàm maximè inter amores & deſideria ſuorum decedere convenit, continent. Si verò in liberorum compendia vergant ejusmodi pacta, libertatem de bonis ſuis pro lubitu teſtandi tenore ſuô aufferunt, vel reſtringunt,

d. l 15. C. de pact.

Uti & priori caſu id agitur, qvòd parentes ampliùs qvid dare liberis inter vivos vel ultimâ voluntate nolint, adeoqve ſibi ipſis ſuæqve voluntati legem & obicem ponant, liberè inter vivos vel mortis causâ de rebus ſuis diſponendi, qvod & incivile, & impoſsibile jure noſtrô æſtimatur,

l. 22. de legat. 3. Schurff. 3. Conſil. 2. n. 5. 6. cum allegat.

qvamvis, ubi ſtatutis, vel conſuetudinibus aliqvid horum mutatum eſt, cum ſalutem & pietatem publicam non enormiter adeò turbet vel lædat, tolerandum ſit etiam impoſterùm, cum plerumqve, qvod in eo indecori eſt, publicâ utilitate aliâ rependatur. Atqve his ex cauſis, ſi pater cum filia pactus ſit, ut de bonis patris filia aliqvid ita accipiat, ne qvid aliud ex hæreditate ejus ſperet, vel nullum ad bona paterna regreſſum habeat, ex eo jus ſucceſsionis non mutari, conſtat,

d. l. fin. D. de ſuis & legit. l. 3. C. de collat.

nec, ſi pater cum filia paciscatur, qvòd ſi vitâ fungeretur pater, filia ſibi debeat cum fratre æqvaliter ſuccedere,

l. 15. C. de pact.

aut qvòd bona unius ad alterutrum, qvi ſupervixerit,

l. 19. C. de pact.

aut bona Uxoris præmorientis ad maritum pervenire debeant,

l. 5. C. de pact. convent.

Juris enim autoritate ejusmodi pacta improbantur & repelluntur, ut honeſtati publicæ, ac moribus civitatis,

l. 34. §. 1. D. de contrab. empt.

& juri publico ſucceſsionum & ultimarum voluntatum, præjudicialia,

d l. 3. C. de collat. & l. fin. D. de ſuis et legitim. l fin. C. de pact.

& propterea non obligant, nec liberam teſtamenti factionem de bonis paciscentis tollunt, vel reſtringunt,

l. 15 C. de pact. & dd. ll. item l. 34. Cod. de transact.

nec donationis qvidem mortis causâ ſpeciem efficaciter oſtendunt,

l. 19. C. de pact.

multò minùs obſtant, qvin mutare voluntatem ſuam paciscens ad ultimum vitæ ſpacium poſsit,

l fin. de C. pact.

Idem igitur de pacto, qvod proponitur inter Dominam Matrem ejusqve liberos prioris matrimonii, ſtatuendum, cum eò tendat, & id contineat, ut qvilibet liberorum partim ex bonis maternis certam partem accipiat, partim conſtitutum habeat, qvæ, & qvanta in bona matri poſt mortem ſuccedere debeat, ne qvid aliud ex hæreditate ejus impoſterum ſperet, nec ullã ad bona materna, præter ea, qvæ pactô hôc continentur, habeat regreſſum. Qvo in ipſo nil, niſi pactum de futura & ſperata matris hæreditate, ejusque qvotis, repræ-

ſentativum

sentativum personæ viventis, in modum defunctæ, & anticipativum successionis de præsenti in ejus, olim morituræ, bona, continetur, ut ex collatione formalium hujus pacti cum formalibus legum allegatarum apparet,

vid. Marpurg. 3. Cons. 34. n. 87. 88.

& licèt non hæreditatis, sed bonorum maternorum mentio in hâc pactione fiat: tamen id non efficit, qvò minùs hæc pactio sit de hæreditate vivæ matris. nam bonorum, vel rerum appellatione hæreditas venit, si id agatur, & disponatur de bonis, ut futuræ & speratæ successioni in bona viventis, tanqvam morituri, vel sub mentione mortis aut mortalitatis, modus certus præfiniatur, vel bona viventis respectu & mentione mortalitatis veniant in considerationem, conventionem, dispositionem,

Ceu apparet ex l 208. D. de verb. signif. l. 19. l. fin. C. de pact. l. 5. C. de pact. convent. super dot. l. 3. l. 6. l. 15. C. de collat. l. 11 D. de lib. et posth. l. 7. pr. D. de bon. dam. l. 29. §. fin. l. 30. D. de donat.

verba enim intelligenda secundum subjectam materiam, & prædicata talia intelligenda sunt, qvalia permittuntur à suis subjectis, & ab intentione proferentis,

l. 3. in fin. l. 7. de suppell. leg. cum simil.

Neqve obstat, qvòd pactio hîc vel transactio de succedendo in futurum non intercesserit, sed conventio de statim tradendis portionibus bonorum, seu patrimonii materni: Imò posteà qvoqve traditio ejus portionis, qvam D. D. sibi ex pactione ista vindicavit, jam sit secuta, adeoqve hæc pactio seu transactio sit negotium inter vivos; nullâ enim tergiversatione negari potest, hoc negotium, seu hanc conventionem, seu pactionem continere dispositionem & divisionem totius patrimonii principaliter materni, (nam de paternis res planè non merebatur nec causare poterat ullam conventionem, cum respectu maternorum planè nullius essent qvantitatis & proportionis, eaqve solis liberis prioris matrimonii extra controversiam debita fuerint, nec Domina Mater unqvam de eis aliqvid prætendisse reperiatur; & à potiori & majori facienda sit denominatio, & constituenda species rerum; cum majus trahat ad se minus, non contrà) eô fine modoqve inter Dominam Matrem, & liberos prioris matrimonii faciendam, ut cuilibet certa qvota constitueretur, & perfectè conveniret, qvidnam, & qvantum de bonis & patrimonio matris & in vita, & post mortem matris ad unumqvemqve liberorum pervenire deberet, ut nemo liberorum ultra ea, qvæ hâc transactione definita essent, vel vivâ Matre, vel eâ mortuâ, de patrimonio & hæreditate illius, jure ipsis debita, aliqvid sperare amplius, aut petere posset. qvod manifestè & ad literam patet ex Verbis: Demnach Fr. A. E. C. Sehl. Herrn D. von H. Wittwe/ihre ältiste Tochter an Herren D. J. J. D. ehelich versprochen / und aber die Frau Mutter sich selbsten wiederumb in den Ehestandt zubegeben fürgenommen/ auch dabey ihrer Sterbligkeit sich erinnert / und gerne wolte/ daß unter ihr/ und ihren Kindern sowol bey ihrem Leben / als auch nach ihrem Tode gute einigkeit verbleiben möchte / dannenhero umb guter richtigkeit willen bey sich beschlossen / so wol wegen Väterlicher / alß Mutterlicher Güter (so mit aller bewilligung in eine Massam zusammen geworffen) denen vier Kindern ein gewisses eins vor alle außzusagen / stracks heraus zugeben / und Sie damit dergestalt/ daß Sie weiter/alß in diesem Vergleich enthalten / nichts zu *prætendiren* haben sollen/ zu befriedigen/und zwar Erstlich die Capitalien an Obligationen tausend Rhtl. (jedoch daß ein jeder der Kinder 1000. Rhtl. in Lüs. annehmen/ und damit seine *Quotam compliren*, wie auch die halbe Hochzeit / und ausseurs kosten sich davon abkurtzen lasse) alle übrige Capitalien behält die Fr. Mutter für sich / wie auch die Jährlichen Renten von der unausgesteurten Kinder portion etc. Item: Vors Andere

von

von den Mobilien nimbt die Fr. Mutter voraus zwölff Loht Goldes / die Ketten und Armbände / so ihr Sehl. Eheherr ihr gegeben / vier silberne Confect-Schalen / und einen grossen Pocal, so ihr die Fr. Großmutter A. J. verehret / wie auch die Perlen Uberlegels / als selbe ietzo seyn / umb dieselbe sowol ietzigen / alß künfftigen Kindern zum Schmuck zugebrauchen / welche Uberlegels jedoch nach der Frau Mutter Todt / den GOtt gnädig lang verhüten wolle / denen gesambten Kindern eigenthumblich anheimb fället. Vors Dritte / daß Hauß sampt darin verhandenen Zinnen / Kupffer / Messing / und aller andern Zierde / und zubehör / gleich als es anitzo da stehet / die Garten in und außerhalb der Stadt / und die Mühlen Güter / wie auch die Kalesche / bleiben der Fr. Mutter alleine Zeit ihres Lebens ohne einigem entgelt / und da Sie die Garten / und Mühlen-Güter verkauffen wolte / sollen die Renten davon ihr gleichfals Zeit Lebens verbleiben / nachgehends aber (i. e. post mortem) denen sämbtlichen Kindern das Capital anheimb fallen. Vorß Vierdte / sollen beyde Bibliothequen, die C. und H. ungetheilet bey der Fr. Mutter verbleiben / und nach ihrem Tode unter allen Kindern erster und anderer Ehe / gleich getheilet werden; Zum Fünfften / die Begräbniß in R. bleibt der Frau Mutter sowol / alß ietzigen / auch künfftigen Kindern und Kindes Kindern gemein. wie auch die Kirchen-Stuhle in St. Marien Kirche / Deinde: Vors Siebende / alle übrige Mobilia, ausserhalb Leinen und Wollen / und waß die Fr. Mutter sonsten vorauß genommen / wie es nahmen hat / und noch ungetheilet / ist in fünff gleiche Theile zu setzen / und darüber zu losen / Item 9. da auch der liebe GOtt die Fr. Mutter / ohne einige Leibes-Erben abfodern solte / daß alsdann ihre bemelte vier Erben erster Ehe alles daß jenige / waß Sie anitzo mehr / alß ein jedes Kindt / empfangen / durch diesen Vergleich zu sich genommen und behalten / hinwieder wegnehmen / und unter sich theilen sollen; Da aber der liebe GOtt der Fr. Mutter in der andern Ehe einige Kinder bescheren würde / verbleibet alles daß jenige / was sie anitzo mehr / alß eines von den vier Kindern erster Ehe bekommen / denen letzteren Kindern zusambt dem Antheil oder der Frau Mutter *Part* allein. Ex quibus sanè locis adliteram manifestè apparet, qvòd hæc conventio sit facta de hæreditate Matris, post mortem ejus liberis speranda, vel sperata, & expectata, non solùm ob id, qvòd qvoqve de legitima liberorum in hâc pactione disponatur, dum per eam de præceptione totius hæreditariæ portionis, (qvæ post mortem matris ex ejus hæreditate ab uno quoque liberorum expectanda erat) disponitur: sed & propterea, quòd in ea conventum dicatur, qvibus portionibus, quô modô, bona Matris inter eam vivam & liberos vivos dividenda sint, ut post mortem matris de divisione hæreditatis illius quæri aut peti ejus causâ amplius quid non possit. dum enim de omnibus bonis maternis disponitur, quòd debeant ea bona vivente matre hôc, & non aliô modô, dividi, ne post mortem matris de hæreditate materna & succesione in ejus bona petitio bonorum superstit, patet, de hæreditate matris & succesione in eam dispositum, ut nempe ea maximam partem anteverteretur per istam bonorum vivæ matris inter vivos dispositionem & divisionem, daß wegen Väterlicher und Mütterlicher Güter / welche nach der Mutter Tode in quæstion kommen könten / Richtigkeit gemacht / selbe in eine *Massam* geworffen / die Kinder davon befriediget / daß Sie weiter nicht / und also weder die Legitimam, noch sonst etwaß davon / nec vivâ, nec defunctâ matre zu prætendiren haben sollen; Welches der Kinder qvota, portio, part genennet wird / sed qvæ qvota, qvæ pars, qvæ portio, in bonis vivæ matris concipi potest? necessum igitur est id constituere, qvòd sub conceptu & respectu speratæ vel sperandæ futuræ maternæ hæreditatis ea concepta, dicta, scripta, intellecta, conventa sint.

Sed, qvòd hâc pactione determinata sit succesio in futuram matris hæreditatem, clariùs patet ex eo, daß das Perlen Uberlegels nach der Fr. Tod denen gesambten

Kindern eigenthumlich anheimb fallen/imgleichen das Hauß mit den Mobilien, und aller Zierde und zubehör/als es damals gestanden/die Gärten/die Mühlen Güter/und Kalesche/und da etwa die Fr. Mutter die Garten/und Mühlen Güter bey Lebenszeit verkaufft/nachgehends den sämptlichen Kindern das Capital anheimb fallen/die Bibliotecqven nach der Mutter Tode unter den Kindern gleich getheilet werden sollen/ Item; daß alle übrige Mobilien, so noch ungetheilet/ wie sie nahmen haben / unter der Mutter und vier Kindern erster Ehe in fünff gleiche Theile zu setzen/und darüber zu losen. Massen auch die vier Kinder erster Ehe der Frau Mutter Erben genandt werden/wie auch die Kinder anderer Ehe/qvod Verbum Erben / licèt supponatur enunciativè,tamen, qvia in materia ponitur,qvæ de communi consuetudine ad hæredes,hæreditates,& successiones, post mortem jure destinatas & sperandas pertinet, effectivè intelligendum est,& qvòd qvis tractetur pro tali, qualis nominatur.

Nicol. de passer 2. de verb. enunc. qu. 33. n. 28. in fin. n. 29. 30. 31. cum adductis Dd. & rationibus.

Inprimis contra enunciantem.

N. de passer. d. qu. 33. n. 18.

Von welchen vier Erben dann auch gesaget wird/daß/da der liebe GOtt die Fr. Mutter ohne Leibes Erben abfordern (Sie mit Tode abgehen) solte/dieselbe alles daß jenige/was sie mehr/alß ein jedes Kind/durch diesen Vergleich empfangen/unter sich theilen sollen/ ubi notandum,daß dieser Vergleich der Mutter das beygeleget/was die Kinder nach ihrem Absterben/in casum deficientium liberorum secundi matrimonii, jure hæreditariô & successionis,unter sich theilen sollen/nemlich als Erbgut/so die Mutter verlassen: Die Kinder letzter Ehe aber sollen der Mutter part, nemblich den fünfften Theil/welchen ihr dieser Vergleich beyleget/nach ihrem Tode allein behalten; & tandem in ea transactione continetur,daß/da eines oder mehr von denen vier Kindern erster Ehe mit Tode abginge/alsdann zu solchem Erbfall (welcher nemblich in der portion, so dem Kinde von dem Mütterlichen Gütern durch diesen Vergleich beygeleget/bestehet) die Mutter mit den übrigen Kindern erster Ehe zu gleichen theilen gehen solle.

Et cum de omnibus bonorum, per mortem Matris liberis de jure in hæreditatem destinatorum, partibus & speciebus, alß der Immobilien, Capitalien, Obligationem, Silber und Gold/Leinen und Wollen/Messing und Zinnengeräthe/ ja so gar auch des kleinen Geldes an Dütchen/und allerhand kleiner Müntze/hæc dispositio singulari studiô singulariter de singulis concepta sit, sub quibus & legitima, quæ non potest esse nisi bonorum per mortem relictorum, adeoque per hæreditatem seú successionem in bona & jus defuncti portio, comprehenditur; id actum manifestè remanet, ut hæreditas de jure post mortem liberis destinata & speranda inter vivos divideretur, qvæ sanè

juxta loca sup. allegat.

ut nondum fundata, vel immatura, & cum viventis nulla hæreditas sit, nulla, & jure improbata spes & conventio, etiam per hoc nulla manere, nec nisi nullum,effectum producere potest, & debet.

Sanè donationis jure venire hoc negotium nequit, quæ quasi universitatis bonorum vel totius,vel quotæ,inter vivos jure probata & actione donata sit,

l. 35. §. 4, C. de donat.

donatio enim est mera liberalitas, mera doni datio, quæ nulla obligatoria ex causa & occasione, nullô jure cogente, ex mera liberali affectione, & munificentia donantis proficiscitur,

l. 1. l. 19. §. 2. D. l. 35. §. 5. C. de donat. l. 35. §. 1. D. de mort. caus. donat. l. 82. D. de reg. jur.

hoc autem negotium est plurium conventio, & inter sese facta obligatio, quod ex omnibus partibus & clausulis apparet. Deinde est de eo objecto,

de

de ea re, & materia, quæ ex juris dispositione à morte matris ad liberos fundatâ juris spe erat & expectabatur perventura, per hæreditatem nempe & successionem hæreditariam. nam liberi vivis etiam parentibus qvodammodo domini sunt bonorum parentum,

l. 11. D. de lib. & posthum.

quia morientium illorum relicta bona jure naturali liberis addicuntur, velut ad debitam successionem eos vocando,

d. l. 7. D. de bon. damnat.

& adnascuntur,

l. 13. D. de hæred. instit. §. 7. Instit. de adopt.

Inprimis quoad legitimam necessitate legis, quæ obligationum speciem continet,

l 5. 6. 7, D. de obl. & act.

adeò, ut nec minui ea, nec conditione, modô, aut aliô onere, vel gravamine affici possit,

l. 32. C de inoff. testam.

qvoad cætera verò pleraqve legis exhortatione, & honestatis, pudoris, ac juris naturalis jussu,

Vid. Novell. 22. in fin. & Novell. Leon. 19.

Qvô igitur pactô ad veram donationem hæc res trahi poterit?

Neqve ad *Contractum* aliqvem, seu *Pactum* aliqvod *inter vivos* hanc conventionem referre possumus, ob expressam & sæpiùs iteratam mentionem mortis maternæ, daß die Mutter sich ihrer sterbligkeit errinnert / und gerne wolte/ daß sowol bey ihrem Leben/ alß auch nach ihrem Tode / gute einigkeit bleiben möchte/ dannenhero umb guter richtigkeit willen bey sich beschlossen / etc. in qvibus mortalitatis & mortis, seu sortis humanæ mentio pro causa impulsiva, & conservatio concordiæ inter liberos etiam post mortem, & ut post obitum transacta, liqvida, & indubia omnia sint, nec petitio ulla, vel lis post mortem restet, ratione scilicet bonorum maternorum, (nam de hac materia subjecta principaliter agit tota conventio) pro causa finali principali supponitur, qvemadmodum & multæ bonorum partes, die Perlen, das Hauß mit allen mobilien, aller zierde/ und zubehör/ wie es damals gestanden/ die Gärten/ die Mühlen-Güter/ die Bibliotecqven, die Begräbnüßen / und Kirchen Stühle sollen den Kindern nach der Mutter Tode anheim fallen/ und da sie ohne Erben stirbt/ was sie mehr/ alß Kindes theil/ behalten / an die Kinder erster Ehe verfallen / sonst aber die Kinder anderer Ehe der Mutter behaltenes gesambte Antheil allein erben/ auch im fall eins der Kinder erster Ehe versturbe/ die Mutter mit den übrigen Kindern erster Ehe zu gleichen theilen desselben Erben seyn / an der qvota, so demselben in dieser paction beygelegt. Sola autem mortalitatis mentio vel humanæ sortis cogitatio, negotium mortis causâ constituit in dubio,

l. 2. l. 35. §. 4. D. de mort. caus. donat.

multò magis igitur dispositio, vel pactio, qvæ pro causâ impulsivâ mortem ejusqve mentionem expresse continet,

ut benè Dn. Mev. ad jus Lub. lib. I. tit. 6. art. 2. n. 46. & Marpurg. 2. Consil. 25. n. 112.

& tàm multa post mortem successioni hæreditariæ Parentis & liberorum destinat. Et præterea objectum materiale hujus conventionis, uti & finis internus, proximus, & immediatus principalis est divisio patrimonii materni inter vivos, Matrem & liberos, facienda, & exclusio petitionis hæreditatis & successionis etiam qvoad legitimam liberorum, qvam legitimam, & hæreditatem, ejusqve petitionem, qvamqve successionem in legitimam & hæreditatem maternam jura post mortem parentum reservatam volunt,

dum de viventis hæreditate, cùm alios inter seſe, tùm viventem ipſum de ſua cum aliis paciſci prohibuerunt, & contra bonos mores eſſe declararunt. Imò legitima qvoqve conſtitui & concipi non poteſt in bonis viventis, cum ſit legitima portio hæreditatis, ſeu bonorum à defunctis parentibus vel liberis relictorum. Hæc igitur pactio eſt anticipatio, præceptio, & præreptio, per qvam & legitima & ſucceſsio in bona matris, poſt mortem demum de jure expectanda, ejusqve petendæ jus, prævertitur, impeditur, & excluditur. Et eò minùs dubitandum eſt, hanc pactionem ſub conceptu & reſpectu deſtinatæ ipſis jure hæreditatis maternæ, & futuræ ſucceſsionis in bona materna poſt matris obitum, de anticipatione & præceptione patrimonii, ſucceſsionis, & hæreditatis maternæ, poſt mortem matris demum expectandæ, & ut á liberis prioris matrimonii, ſeu potiùs à duobus iſtis futuris & ſperatis generis, præverti & præveniri ſucceſsio in bona materna poſſet, factam, & ab iis per ſe ac principaliter captatam, petitam, & matri perſuaſam, cùm nulla alia cauſa, qvæ liberos vel generos ad petitionem, captationem, & perſuaſionem; Matrem verò ad conſenſum diviſionis totius ſui patrimonii in vita faciendæ, præſertim adeò inæqvalis, & matri, ejus marito, liberisqve ex poſteriori matrimonio ſperandis noxiæ & damnoſæ, inducere & permovere, & ad inſolitos ejusmodi & inauditos actus transactorios & diviſorios illis anſam cauſamq; præbere potuerit, ullibi appareat, nec ullius alterius fundamenti eorum conjectura hîc capi poſsit. Inprimis, cum præter nomina & capitalia pecuniarum fermè partes bonorũ omnes certis pactis de ſuccedendo in eas, ut in partes hæreditatis maternæ, poſt mortem Dominæ Matris incluſæ ſint, ſubjectæ, & conſtrictæ, ex qvib⁹, tanqvam ſociis, eâdem diſpoſitione contentis, eadem cauſa, ſpes nempe ſuccedendi in bona matris & hæreditatis maternæ, eadem intentio, idem jus inter partes præſuppoſitum fuiſſe apparet. noſcitur enim ex ſocio, qvi ex ſe non cognoſceretur, & unita unô verborum complexu alterum ab altero qvalitatem accipiunt, qvantum per interpretationem accipere poſſunt,

Decian. 1. Conſ. 3. n. 59. ibiqve Bart. Bald. &c. latè Zaſ. 2. conſ. 18. n. 11. 12. cum mult. alleg. Dd. et rationib.

& unum verbum debet recipere declarationem ab alio, cui conjungitur, & copulatur,

N. Everh. jun. 2. Conſ. 24. n. 9. ibiq, Ruin. et l. ſed et ſi adjiciatur. 13. D. pro ſoc.

& determinans æqvaliter determinaſſe cenſendum, & ſtandum in determinatis paritati, ſi ullo modo, & ullâ ratione poteſt æqvalitèr determinare,

Finckelth. Obſ. 104. n. 4. Zaſ. 2. Conſ. 1. n. 9. Decian. d. conſ. 3. n. 58.

connexorum idem eſt judicium, qvia connexitas eſt unitas,

l. 31. l. 91. §. 5. D. de legat. 3. l. 26. §. 1. D. de acq. rer. dom. Mynſing. 4. obſ. 69.

nec una res, una ſcriptura, unus contextus, unus contractus, una pactio, diversô jure, vel ex diverſa cauſa cenſenda,

Mandell. Conſ. 38. n. 7 Zaſ. d. conſ. 18. n. 10.

niſi qvatenus aliud in alia atqve alia parte actum & præſuppoſitum ſpecialiter apparet. Sed non ulteriùs ullâ ratione hîc hæſitandum eſt, an de hæreditate vivæ matris ejusqve qvotis, poſt mortem matris adventuris, hîc egerint D. D. & B. P. Si qvis enim de parte bonorum proximæ cognatæ viventis percipienda vel acqvirenda agit, ab eo nihil aliud agitur, & actum dicendum ac præſumendum eſt, qvàm qvòd de hæreditate vivæ cognatæ proximæ, qvalis & inprimis mater eſt,

l. 1. §. 3. l. 9. §. 12. D. de gradib.

in vita ejus conſeqvenda agat,

l. 29. cum l. ſeq. D. de donat.

Sed

Sed pacta & donata contra expressam Juris improbationem & prohibitionem sunt ipso jure nulla,& pro infectis habenda,

l. 5. C. de LL. l. 14. §. 1. in fin. C. de SS. Eccles.

Inprimis,si lædant pietatem, honestatem,verecundiam,ut hæc pacta lædere docet,

Decian. d. 2. Cons. 48. loc. cit. cum ibi citatis.

& hæc pacta adeò nulla sunt,ut nulla omninò alia valida obligatio,vel causa, licèt onerosa, jurata,ea firmare possit,

Dn. Mev. d. l. n 25. & seqq. ibiq; citat. qui communem,& veriorem hanc sententiam asserunt.

Et tunc intercessisse dicuntur, si hæreditatis vel successionis mentioin eis fiat,sive de ea, sive de qvota hæreditaria saltem donanda,vel alitertransferenda qvicqvam sit actum,vel adjectum,

Dn. Mev. d. l. n. 43. 44.

Unde & Traditio qvorundam in D. D. & in ejus uxoris qvotam,ex eo pacto secuta,ut jure improbata & nulla, nil obstat,qvò minùs revocari tradita,data,donata possint condictione sine causâ,

l. 30. in fin. pr. D. de act. empt. l. 1. §. fin. D. de condict. sine caus. l. 21. in fin. D. de donat. l. 39. D. de don. mort. caus. Dn. Mev. ad jus Lub. l. 1. tit. 10. art. 3. n. 37. N. Eberh. jun. 2. Cons. 24. n. 123. cum seqq. ubi de transactione super divisione hæreditatis agit.

Imò per traditionem hæc pactio magis improbabilis facta est,qvia per eam demum factò ablata est libera testandi facultas, qvæ aliàs per pactum solum non esset ablata,cum non obliget,

Cagnol. ad l. fin. C. de pact. n. 172. 173. Alex. 2. Cons. 83. n. 14.

Et absurdum esset, id, qvod lege adeò improbatur & prohibetur, per traditionem convalescere. Nulla causa non potest, nisi nullum effectum, producere,

l. cum pater §. curatoris. de legat. 2. Cagnol. ad l. fin. C. de pact. n. 122. ubi in specie de pacto circa viventis hæreditatem agit,et clarius num. 258.

& prohibitum simpliciter,nullum est,sive directè, sive indirectè,contra prohibitionem qvid fiat,

N. Eberh. jun. 1. cons. 13. n. 118. Jacob. Schult. 1 qu. 51. n. 74. Finckelth. Obs. 81. n 39.

& esset hoc aliàs verbis,non rebus,legem ponere,qvod in jure absurdum,

l. 28. C. de usur.

& fraudem legi prohibenti facere,

l. 30. D. de LL. §. fin. Instit. de his, qui sui vel al.

& privatò pactò, factove jus publicum mutare. Qvæ nullus Judex servare, vel ex eis exceptionem dare potest, sed rejicere,& rescindere ea tenetur,

l. 7. §. 16. 42. D. de pact.

Nec sanè ullus prætextus juris, statuti alicujus,aut æqvitatis concipi potest, qvi servandæ huic pactioni divisoriæ hæreditatis vivæ matris inservire ullâ specie posset.Juri enim civili è diametro adversa est,ut vidimus.

Nec jus Saxonicum, aut Lubecense, aut aliud ullum Statutarium,ad iniqvas ejusmodi conditiones matrem binubam adigit; Nulla vel communis, vel particularis alicujus loci Consuetudo. Non inter liberos utriusqve matrimonii hæc pactio facta est,sed inter Matrem & liberos; nec de re, vel bonis singularibus, sed de universa matris hæreditate,& liberorum qvotis in universum; nec de conservandis saltem eis,qvæ jure statutario,vel aliô,liberis primi matrimonii deberentur, inprimis,cum jure communi, seu civili, ea debita sint incognita, sub cujus juris dispositione tamen omnes isti contrahentes tempore pactionis constituti fuerunt; & omnes secundarum nuptiarum pœnæ jure Canonicô & moribus hodiernis sint sublatæ;

Gail. 2. Obs. 98. n. 8. 19. et seqq.

sed

sed de acquirendis immodicis portionibus: Neqve hic vel pacta dotalia, seu antenuptialia, nempe de matrimonio constituendo, ejusqve connexis & accessoriis, ut de dote constituenda secundo marito, vel primæ, aut secundæ filiæ; (qvæ etiam de patris saltem bonis dotandæ fuissent) & qvid in casum mortis vel maritis ab uxoribus, vel uxoribus à maritis in redhostimentum præstitæ fidei & operæ conjugalis sperandum & expectandum esset: *juxta §. 3. Inst. de donat. & similes juris titulos de Don. propt nupt. de pact dotal. &c.* aut alius ullus ad matrimonia ista futura, vel ad alia negotia, directè & principaliter pertinens contractus hic intercessit, cui in connexitatem & partem constituentem, inseparabilem, & sine qva non, hæc pactio accessisset, qvô unô nomine pacta, de acqvirenda vel totâ, vel ex parte, viventis hæreditate, non reciproca, juris communis sanctione, vel consuetudine, & usu judiciorum sustinentur,

ut ex iis, quæ magnô numerô Cothman. d. 3 Cons. 44. n. 21. 34. 35. 36. 38. 45. allegavit, apparet, & ex Masuerii Pract. tit. de societat. num. 20. et tit. de succession. n. 57. & tit. de execut. n. 2. qua loca videnda. Alciat. 8. Cons. 30. n. 4. 6. cum ibi cit. Decian. 1. Cons. 31. n. 66. 158. Schrader. Cons. 19. n. 65. & seqq. Gail. 2. Obs. 126. n. 3. 6. Mynsing. 2. Obs. 33. Heig 1. qu. 23. n. 35. 36. Cagnol. ad l. fin. C. de pact. n. 274. junctô n. 276. 277. 278. Boer. decis. 353. n. 2. inprimis n. 10. cum quo concordat Dn. Mev. ad jus Lub. Lib. 2. tit. 2. art. 12. n 303. et seqq. cum num. 369. 373. Optimè VVesemb. 2. Consil. 71. n. 23. 25. 26. 39. 40. 43. & in fin. Auffr. Capell. Tholos. qu. 453. Joh. Fab. l. fin. C. de pact. n. 19. verb. necessitate præcedentis contractus valet. Berlich. part. 3. concl 41. 28. cum ibi cit. Coler. decis. 61. n. 7. Jacob. Schult. ad decis. Coleri 286. n. 174. benè Scheffer p. 3. qu. 19. & ibi alleg. Richt. dec. 26. n. 33. Zas. 2 Consil. 1. n 29 80. Kopp. obs. 172. Jas. 2. Consil. 232. §. Accedat etiam. in fin. Alex. 2. Cons. 83. n. 6. 14. & 3. Cons. 28. n. 3.

sed purè, planè per se, directè, principaliter, & simpliciter tota hæc pactio eô fine internô facta & patrata est, ut universa matris viventis hæreditas inter eam & liberos prioris matrimonii divideretur, & unicuiqve dictorum liberorum sua qvota ex ea hæreditate constitueretur, & acqvireretur, & D. D. & B. P. suarum speratarum portiones & qvotæ hæreditariæ traderentur, qvemadmodum D. D. qvoqve suæ sponsæ portionem statim accepit, & B. P. sacculum aureis nummis locupletatum, ut primam speratæ suæ patrimonii partem, ex actu transactionis deduxit, qvamvis ad ipsius D. D. admonitionem, & Dominæ Matris repetitionem, ob incertum adhuc futurorum suorum sponsalium & nuptiarum eventum restituere coactus fuerit, Qvæ igitur diversos habent tractatus, habent & diversos effectus, & actus separati ad effectum habendum non conjunguntur,

VVesemb. 7. Cons. 321. n. 36. cum ibi cit.

Et licèt in prætensa ista transactione mentio fiat sponsalium inter Dominam Matrem & Dominum Doctorem, uti & inter Dominæ Matris filiam primam, & Dn. D. D. tamen id saltem fit narrativè, enunciativè, seu indicativè, continens merè & nudè occasionem hujus transactionis & divisionis, qvæ planè hon ingreditur ipsum transactionis negotium, ut causa aliqva interna, materia, vel forma, vel pars, vel connexum; nihil igitur ad rem facit, multô minus ex ea indicatione dijudicanda est hujus actus natura, aut constituenda pactorum dotalium vel antenuptialium species, cujus ingrediens pars vel connexum sit ista super vivæ matris hæreditate & bonis eorumqve divisione dispositio, pactio, transactio,

P. Castrens. Consil. 324. n. 3. Alciat. 8. Consil. 7. in fin.

Nam nec causa impulsiva id operatur,

VVesemb. d. cons. 321. n 53.

tum enim valent promissa de bonis post mortem, si in ipso contractu matrimonii, vel aliô fiant, ut sint ejus pars, & fiant de bonis particularibus,

nec facultas testandi in toto, vel quota hæreditatis restringatur,

per Alciat. 8. Consil. 30. n. 4. 6. 7. cum Guid. Pap. et aliis ibi citatis. Boer. decis. 353. n. 10. Dn. Mev. d. lib. 2. tit. 2. art. 12. n. 373.

Qvamobrem Transactio hæc etiam ex eo, qvòd sit pactio de hæreditate Matris viventis, inter eam & liberos prioris matrimonii, jure improbata, & per hoc nulla est, & abolenda. Qvinimò, si is, qvi partem bonorum proximæ cognatæ viventis alteri donat, omne jus succedendi & omnes actiones hæreditarias ad consequendum bona ipsius post mortem perdit propterea, qvòd adversus jus gentium festinavit; qvid dicendum putabimus de eo casu, ubi futuræ socrus, (cujus persona Matris locô veneranda, & sancta habenda,

§. 7. I. de Nupt. l. 1. §. 2. l. 2. 5. 6. 7. 9. 10. D. de obseq. parent. l. 4. 5. D. de testib. l. 6. §. 1. D. de gradib.)

bona, vel bonorum partes captatas, & promissiones earum, unius etiam portionis traditionem, ipsi per machinationes, persuasiones, & coarctationes extortas esse, tot argumentis convincimur?

Sed si ulteriùs negotium, qvod sub manu est, & in qvæstionem venit, inspiciamus, latet hîc verè prohibitio & restrictio liberæ facultatis de rebus suis vel inter vivos, vel mortis causâ, donandi, vel testandi; Pactum enim, seu transactio, de viventis matris hæreditate cum ea, etiam sine callidis machinationibus & persuasionibus initum, (qvod de jure improbatum & nullum jam ostendimus) in se continet naturaliter vel ablationem vel restrictionem liberæ testandi facultatis, sive de tota hæreditate fiat, sive de alicujus qvota, pacto constituendâ: & propterea ex ea qvoqve nullius est momenti, qvia est contra bonos mores,

per l. 15. C. de pact. quam inprimis, ut notabilem, urget Decian. 2. Cons. 48. ex Baldi Cons. 148. VVesemb. 2. Consil. 71. n. 43. Alex. 2. Consil. 83. n. 15. 16. 17. & ibi Mandos. in addit. & 3. Consil. 28. n. 3. 4. 11. Gl. Bart. Azon. Joh. Fab. & Dd. ad l. fin. C. de pact. Nic. Eberh. Jun. 2. Consil. 11. n. 2. 4. & Schurff. supra citatus, cum quibus Excellentiss. quoq; Dn. Mevius per omnia facit all. sup. loco ad rubr. lib. 2. tit. 1. jur. Lub. n. 18. & inprimis etiam Decian. d. Consil. 48. n. 20. et 21. lib. 2. & Sebraderus, cum ingenti Doctorum, quos singuli citant, cumulo, & Alciat. 8. Consil. 30. n. 4. 6. 7. cum Guid. Pap. & aliis citatis, ubi ait:

Qvòd, si qvis per pactum de hæreditate viventis, vel ejus qvota, faciat, ne in illa hæreditate vel ejus qvota, possit instituere liberos secundi matrimonii, aut qvocunqve modo libera testandi facultas restringatur, pactum illud nullum sit, nec debeat valere,

Idqve inprimis qvoad liberos secundi matrimonii dicendum, qvos æqvali jure & dilectione cum prioris matrimonii liberis habendos jura volunt, & haberi præsumunt,

l. 9. C. de secund. nupt. l. 3. C. de inoff. testam.

Hic autem D. D & B. P. non saltem de sua, seu futurarum uxorum suarum, qvota hæreditaria, sed longè ampliori summâ ex hæreditate futuræ Dominæ socrus seu Matris pacti sunt, neqve in diem mortis pacti sunt, vel distulerunt petitionem, sed id egerunt, & (ut videbimus) multis artibus moliti sunt, ut tandem unô Lubecensi diuturniori, & duobus Rostochiensibus tractatibus efficerent, qvò vivæ Matris & socrus hæreditas inter eos ita divideretur, ut ex virili saltem portione, seu qvinta plus minus bonorum parte, Matri, ejusqve marito, & liberis posterioris matrimonii, solus fermè ususfructus manserit reliqvus. Nimium sanè intemperans, & acerba in matrem binubam, ejusqve liberos posterioris matrimonii pœna, qvam ultra jacturam proprietatis bonorum primi mariti, si qvæ uxori dedit aut reliqvit, & restri-

ctionem liberalitatis,non ulteriùs in posteriorem maritum,qvàm in unum aliqvem liberorum primi matrimonii , exercendæ , civilia jura non extendunt,jam tum in hoc severiora canonibus visa,qvàm ut abrogatione eorum potuerint abstinere.

Nec negligenda est mentio mortis in hac transactione, daß sich die Fr. Mutter ihrer sterbligkeit erinnert / und gerne wolte/daß nach ihrem Tode gute Einigkeit zwischen den Kindern sein und bleiben möchte/etc. & sæpius iterata mortis nominatio, ac in casum mortis plurium capitum & rerum dispositio, mentio enim mortis,seu mortalitatis, minimùm facit,ut non ultra vires mortis causâ donationis valere hæc conventio qveat, id est , ut mater illam possit pro lubitu revocare,licèt esset jurata,

per d. Alciat. d. 8. Cons. 30. n. 18. et seqq. cum ibi alleg. VVesembec. part. 7. Cons. 321. n. 60.

& licèt sit contractus qvoad originem, & essentiam,

VVesemb. d. Cons. 321. n. 57. cum cit.

nec appelletur donatio causâ mortis,

VVesemb. d. Cons. 71. n. 60. 62. 63.

Nam omnia ista pacta,qvæ inter parentes & liberos, vel alios, de dictorum parentum bonis fiunt,etiam reciproca,positô,qvòd non sint prohibita,qvasi sint contra bonos mores,vel libertatem testandi , nullô tamen modô possunt ita fieri, & constringi, ut non liceat illis ista pacta mutare pro lubitu usqve ad extremum vitæ halitum; cum respectu bonorum, post mortem relinqvendorum, fiant,& sint innominata qvædam ultima voluntas,naturam fideicommissi,vel donationis mortis causâ,obtinens,

uti latiùs docuit VVesemb. d. Consil. 71. n. 24. 25. 27. 28. 36. 37. 39. 41. 43. vers. Verùm in hoc vis. n. 44. vers. Ex qvibus apparet. n. 45. cum multis ubiq; citatis. Berlich. p. 2. concl. 51. n. 5. 6. 7. 12. 14. 16. 24. in fin. n. 26. 27. et seqq. cum multis citatis. Scheffer. 3. qu. 19. n. 34. & seqq. Joh. Fab. l. fin. C. de pact. n. 21. Alex. 3. Cons. 28. n. 6. Richter. decis. 26. n. 38. 39.

Modò tamen qvinqve testium præferant præsentiam,

Berl. d. n. 11. 12. 14. 16.

Qvi autem ipsi in tractatu hoc non conspiciuntur. Nec saltem hæ pactiones ipsæ , sed & omnia , qvæ inter vivos ex pactione tali data vel translata sunt, revocari à parentibus pro lubitu possunt , cum illud ex natura donationis mortis causâ fiat,

per l. 2. 13. 6. 37. §. 1. l. 39. D. de donat. mort. caus.

Nec sanè vires donationis mortis causa egredi posset hæc pactio, licèt pactorum dotalium nomine venire posset,

per Berlich. allegatis locis:

ad qvæ tamen referri neqvit: cum,uti dictum , principaliter non agat de dote, & donatione bonorum & rerum propter nuptias inter Dominam matrem & futurum secundum maritum , aut duas filias earumqve sponsos vel procos, donandarum,

Berlich. d. n. 25. & 29. §. si verò.

sed de dividenda vivæ matris hæreditatis & bonorum universitate,constituendisq; in ea singulis liberorum, pro parte statim extradendis qvotis.

Ex qvibus omnibus denuò concludendum,imò manifestum est,qvòd,cum tota illa prætensa transactio nihil aliud sit,qvàm pactũ,seu transactio de hæreditate vivæ Matris,inter eam, & ejus generos,ea aut jure improbata,& per hoc ipsô jure notoriè nulla declaranda,& omnia,qvæ ex ea secuta sunt,nulla,invalida,& revocanda sint; aut revocari à matre pro lubitu possint.

Frustrà etiam confugiat qvis hîc ad jus Lubecense , & colorem qværat huic tractatui exeo , qvasi, uti jus Lubecense parenti, ad secunda vota transituro,injungit, ut vel dividat omnia sua & defuncti conjugis collata bona inter

ter se & prioris matrimonii communes liberos; vel his mediante conventione certam portionem assignet, qvâ vel per omnia à patrimonio illius separati, vel reservatò aliqvô successionis jure contenti sint: ita qvoqve inter parentes & liberos prioris matrimonii pacta de futura successione ad exemplum jurisLubecensis his in locis,ubi in plerisqve civitatibus jusLubecense receptum est,satis videri & haberi possint honesta. *Primùm* enim jure communi ejusmodi pacta improbantur,ut vidimus: Sed secundùm jus commune unicè judicandum est de hoc negotio, qvod tractamus,qvia personæ, inter qvas actum,omnes ejus fori fuerunt tempore gesti negotii, in qvo jus commune,non verò Lubecense,vel aliud statutarium,viget. Qvomodo igitur contra prohibitionem juris, cui subjecti fuerunt, pacta ejusmodi potuerunt interponere, & illis juri publico præjudicare? Sanè non potest qvis efficere, ne leges locum habeant in testamento suo, aut legibus prohibita privatô ipsius pacto constituantur, & valeant de bonis ipsius eorumqve divisione & translatione post mortem, vel inter vivos,

l. 13. C. de testam. l. 112. §. 3. D. de legat. 1.

Sed neqve hîc apparet, qvòd ad juris Lubecensis observationem,sepositojure communi, se componere voluerit & constituerit Domina Mater, qvin ignorantiam potiùs,qvàm justam scientiam juris communis & Lubecensis, & in qvibus hæc jura conveniant,in qvibus differant circa materiam secundarum nuptiarum, qvidqve secundùm illa agendum sibi,vel omittendum esset, præsumere debemus,

juxta l. 25 D. de probat l. 9. pr. D. aliosq; textus D. & C. de jur. et f. ign. l. 2. in fin. D. de jur. fisc. l. 3. §. 22. D. d. Sc. Silan. & similia loca. Berlich. p. 2. concl. 19. n. 40. ibiq; Jason. Hering. Valent. Franc. Gail. Thesaur.

In totum autem omnia, qvæ animi destinatione agenda sunt,non,nisi verâ & certâ scientiâ,perfici possunt,

l. 76. D. de reg. jur.

& secundùm justa ac propria sua principia: & si ita non fiant,nihil actum illis esse, dicendum est,

l. 14. C. de testam. junctâ l. 8. §. 1. C. de codicill.

Nam actiones oriuntur & dandæ saltem sunt præcisè juxta definitiones rerum & negotiorum, ex qvibus jure competere possunt, & propositæ sunt; & præcise ex illa specie,qvam partes, inter qvas conventum,intenderunt,

Lud. Rom. Consil. 444. n. 4. Cagnol. l. fin. C. de pact. n. 279.

unde, ubi non apparet, qvòd principia alicujus rei, negotii,& actionis adfuerint,ibi qvoqve non adfuisse rem illam, ut principiatum,dicendum est: paria enim sunt,non esse,& non apparere,

l. 77. D. de contrah. empt. l. 25. D. de testam. tut.

cessante autem principio,cessat necessariò principiatum,ut cessante causâ,effectus. Deinde, *Secundò*, satis suprà probatum est, primò & principaliter hunc tractatum transactionis causâ susceptum & conceptum esse,non verò, ut secundùm jus Lubecense,vel ad illius exemplum, fieret assignatio, ein Außspruch / vel divisio bonorum, qvâ mater dimidium retineret,& alterum dimidium liberis daret. Nam & *Tertiò*,nec Lubecense,nec ullum aliud jus locale,aut statutarium, eò adigit parentem, ad secundas nuptias transituram, ut qvatuor liberis prioris matrimonii primùm restituat paterna bona, & deinde suorum bonorum qvatuor qvintas partes cedat; sibi, & marito secundo, & liberis ex eo speratis, unâ saltem qvintâ parte, & qvidem, cujus proprietas in arbitrio ejus futura non sit,residuâ. Qvo in ipso cum, *Qvartò*, manifesta sit enormissima læsio,& præterea tota hæc conventio ex circumventione,& nimiâ persuasione, impulsione, & coarctatione, ut veris & genuinis

nuinis ſuis principiis proceſſerit', ut ſtatim clariùs oſtendetur, ſecundùm illa unicè, non verò ſecundùm jura vel communia, vel ſtatutaria alia, venit dijudicanda. Aſsignatio verò, ſeu ein Außſpruch/ hîc ex eo qvoqve planè locum nullum invenit, qvia conventio hæc perfectam diviſionem & excuſsionem bonorum ad ultimum obolum usqve complectitur; aſsignatio verò ſine reſpectu diviſionis, portionum, & qvotarum hæreditatis, certam ſummam & qvantitatem ſaltem rerum vel pecuniarum arbitrio parentis conſtitutam, & conſenſu liberorum, vel tutorum & propinqvorum, comprobatam & acceptatam continet: adeòqve aſsignatio, eſt aliqvid ſpeciale & particulare, diviſio verò hæreditatis, ut & affectata illa bonorum maternorum diſtributio, qvam prætenſa noſtra transactio, ſeu conventio, ingerere vult, univerſitatem præfert, & proinde res ſunt planè diſtinctæ, & diverſæ,

qvod in terminis patet ex §. 9. Inſt. de fideicomm.

Nec attendendum verbum, Auſſagen/ qvod in initio prætenſæ pactionis habetur. aut enim in ſenſu generali, non ſpecifico juris Lubecenſis, accipiendũ, aut falſum eſt, nec effectum hîc habere poteſt, cum ipſa rei geſtæ veritas manifeſtè ſit in contrarium, qvô caſu nomina, ut inconvenientia, non attendenda, ſed plus valet, & inſpiciendum, qvod actum, qvàm qvod conceptum,

l. 6. §. 2. D. de Off. Præſ. l. 3. 7. D. de ſupp. leg. tit. C. plus val. quod agitur, qvàm qvod ſimulatè concipitur.

Sed etſi concederemus, transactionem veram, & ipsô jure validam hic celebratam & perfectam intercesſiſſe, reſcindenda tamen illa eſſet, & annullanda, *& propter enormiſſimam læſionem* (qvæ hîc ante oculos aperta jacet,

ut in d. Reſp. Kilon. deductum. Cui nunc addimus Schraderum d. Reſp. 46. cum ibi citatis pluribus, & prolixô tractatu N. Eberh. jun. 2. Cons. 24. n. 97. cum ſeqq. Berlich. p. 2. concl. 42. n. 6. & ſeqq. ubi rationes & Dd. ſat multi. qui teſtantur, communiorem eam, æquiorem, & veriorem ſententiam eſſe)

& *propter nimiam & violentam perſuaſionem*, qvæ tot argumentis in dicto Reſponſo Kilonienſi evicta eſt, & præſumitur, ac probatur intercesſiſſe, ac contractui cauſam dediſſe, eô ipsô, qvòd qvis enormiter ſit læſus',

Schrad. d. Conſil. 46. n. 96. vers. illaque. cum ibi adduct.

ſi ſcilicet rationabiliter alia læſionis cauſa non appareat, vel concipi poſsit, præſuppoſitô eô, qvòd nemo ſuum jactet, & ſe ipſum, maritum ſuum, & ſperandos ex eo liberos ſecundi matrimonii, bonis fermè omnibus privatum velle, credi ullô modô ſine abſurditate poſsit: & qvòd mulier ex fragilitate naturæ facilè perſuaderi poſsit ad actus, qvibus ad repentinam deducatur inopiam,

l. un. §. 15. C. de rei ux. act. Berl. 2. Concl. 19. n. 2.

Sed & *dolum ex propoſito* interveniſſe, & contractui cauſam dediſſe probatur ex læſione enormisſima, & valdè excesſiva,

Schrad. Conſil. 1. n. 96. ubi plures pro more cumulat.

qvod in muliere enormiter læſa contra ſe & theſin ſuam & citra controverſiam admittit, & agnoſcit,

Decian. 2. Conſil. 39. n. 151 cum ibi cit. Corn. & Cravet. add. N. Eberh. jun. 2. Conſil. 24. n. 58.

& eô ipsô præſumitur dolus, qvòd qvis perſuaſione alterius ad nocivum contractum fuit inductus',

Schrad. d. Cons. 1. n. 96. 102. 103. ubi de eo fuſiùs agit.

Et dolum facit, qvi ex aliena jactura lucrum qværit,

per expreſſa verba l. 17. in fin. D. de Inſtit. act.

Trans-

Transactio autem non valet, nec rata habenda est, nisi bonâ fide sit inita,

l. 1. §. 12. D. ad Sc. Tertull.

Et licèt ex proposito dolus non interveniſſet, tamen enormis & enormisſima læsio dolum re ipsâ continet, cujus exceptio & replicatio obstat actori,

l. 36. D. de V. Obl. l. 2. D. de dol. & met. except. N. Eberh. jun. 1. Consil. 13. n. 137. & latè 2. Consil. 24. n. 65. 66. 85. 143.

licèt à læso etiam actus ratificatorii postea accesserint: nisi consultò & justa cum scientia doli commissi, deceptionis, & læsionis factæ editi sint,

ut latè idem N. Eberh. d. Consil. 24. n 123 et seqq. 130. & seqq.

Sed læsio ista enormisſima hîc est extra controversiam: Qvòdq; persuasione ad contractum illum nocivum hic sit inducta mater, non minus hodiè clarum. Ita enim iteratis vicibus deponit E. K. à B. P. in causa matrimoniali pro obtinenda filia in testem productus, deqve facto proprio deponens, nullam ab ulla parte exceptionem passus, sed ab utraque parte approbatus, adeoqve triplici nomine exceptione major, & plenam fidem faciens.

per jura nota.

Daß/ da er deß Herren D. Eheliebsten die Unbilligkeit dieses Vergleiches fürgestellet/ Sie gesagt/ B. P. hätte ihr das Gewissen so geschärffet/ daß sie den Kindern wol mehr geben wolte. Et alibi: Da Sie für den Herren Doctorem, alß ihren damahligen Bräutigamb/ nur zwölff Loht Goldes zu einem Huetschnur/ und zur Kragen Kett, von ihren Gütern voraus zunehmen begehret/ Sie dessen sich nicht mächtigen können/ ehe B. P. durch gedachten E. K. alß Unterhändlern des Vergleichs/ und S. S. alß des B. P. beystandt und freyen werber/ mittelst vorhalt- und zugemühtführung/ wie ja gleichwol noch alles das ihrige were/ dahin vermöcht/ daß Er es zugegeben/ und darin gewilliget/ wie nebst E. K. der S. S. eydlich einzeuget. Daraus überflüßig erscheinet/ daß deß Herren D. Eheliebste gleichsam in einer Knechtischen Furcht gehalte/ daß Sie nicht mehr thun können/ alß was Er für recht und gutt erkennen/ und nachgeben wollen. Massen selbiges auch ferner daher bestätiget wird/ daß Er/ nach D. D. item Hn. Lt. Th. und H. Fr. von H. Eydlicher Aussage/ gar driester ahrt/ deß Herren D. Eheliebsten naher Anverwandter/ der bey Ihr im Hause gewesen/ und ihr Hertz in seinen Händen gehabt/ so daß Sie Ihme alles anvertrauet; niemand/ alß ihn zu raht gezogen; alles durch seine Hände/ und ihn über ihres Sehl. Eheherren Bücher und Brieffe gehen lassen/ dahero er bey ihrer Unpäßligkeit (davon Doct. D. wie auch Lt. Th. uñ H. Fr. von H. gleichfals zeugen/) sich des gantzen Hauses angemaßet/ in ihrem nahmen gelder eingehoben/ uñ außgegeben/ und sich in vielen Stücken/ als einen Patrem familias bezeiget/ insonderheit aber die Wercksstell- und perfectionirung deß vermeinten Theil- und Erbvergleiches sich so gar ernstlich und gar eiffrich/ als wan es seine sache wehre/ angenommen/ massen davon abermahl E. K. verschiedentlich einzeuget. Præsumitur autem qvis feciſſe, & perfeciſſe id, qvod facere voluit, si facilè potuit; nec mutaſſe voluntatem; adeò, ut perseveraſſe in voluntate dicendus sit, donec contrarium probetur,

l. 22. D. de probat. Menoch. 6. præsumpt. 37.

Und/ da die von deß Herrn D. Eheliebsten coram Notario & Testibus wider D. D. und B. P. gethane Contestation sub lit. A. zu erweisen (massen sie dañ auß seiner/ deß D. D. den 13. Octobr. Anno 1666. dem löblichen Concilio Academico zu R. übergebenen Supplication sub lit. B. und den Eydlichen Zeugnissen eines theils/ und so viel ad probationem nimiæ persuasionis, impulsionis, & coarctationis genug/ erhellet/) daß D. D. nemlich/ alß ein Medicus professione, und Tochter Bräutigam/ ihr/ als einer Wittwen/ bey continuirlicher kundbahrer Unpäßligkeit zugeredet/ daß Lung und Leber bey ihr verdorben/ Sie kein Jahr leben könte/ und solches der berühmbte Nativität steller M. R. bekräfftiget hätte: B. P. aber ihr vorgesaget/ Sie

A.

B.

könte kein gut Gewissen behaltē/ja wurde es in der letzten Todes stunde bereuen/da Sie sich nicht so mit ihren Kindern vergliche; addendo minas, daß Er/D. D. sich mit der Tochter nicht abkündigen/sondern gar davon ziehen/und sie sitzen lassen/ item; daß Er nicht ehe auß dem Hause gehen wolte / ehe er die nach dem Vergleich verheissene Obligationes in händen hätte/cum dissuasione,daß sie keinen Gelahrten Beystand (der nemblich unpartheyisch/daß Sie ihm trauen/und sich committiren könte/)adhibiren sollen/ut infrà patebit: Solten/sage ich/ diese dinge sich so verhalten/so were es wol ein sonderliches und notables Exempel vehementis persuasionis,& impulsionis,à conjunctis personis patratæ,qvæ cum coactione,& prohibitione violenta pari passu ambulat,

per dicta in Resp. Kilon. & tit. si quis aliq. test. coegerit, vel prohibuerit.

Qvòd autem lucrum ex jactura matris, seu socrus,hìc captaverint,qvi tanqvam futuri generi liberorum nomine urserunt hanc conventionem,testatur ipsa scriptura,in qva se fundare volunt,qvæ notorium inducit,

per dicta Stuckii. 1. Consil. 6. n. 17.

testantur ipsa acta utriusqve generi, statim secuta illam conventionem,dum eam omni nisu defendunt. D. D. bona & nomina, qvæ ex conventione ista ipsi tradita,invitâ socru contra Principis Sententias & Mandata detinet. B. P. autem ex ea conventione socrum in jus vocavit,bonaqve ejus arresto occupare,sibiqve vindicare, omni conatu satagit.

Imò verò merò fucò ad transactionem hanc Mater inducta apparet evidenter. Qvid enim pacem & concordiam inter liberos primi & secundi matrimonii,Matrem & Vitricū,turbare & tollere,& contra acerbissimis & perpetuis litigiis eos implicare posset magis, qvàm summa ista inæqvalitas,quâ Mater qvatuor qvintas partes bonorum suorum daret qvatuor liberis prioris matrimonii,sibi verò,& marito,& liberis posterioris matrimonii, qvorum aliqvi jam præsto sunt,& non pauciores , qvàm ex priori matrimonio sperandi, unâ saltem qvintâ, imò usufructu saltem hujus qvintæ partis, reservatô?

V. Cothmann. 3. Consil. 44. n. 41.

& tamen id pro causa impulsiva & finali principali hujus transactionis profitetur Instrumentum ad fabricationes B. P. (ut E. K. & D. D. unà cum Lt. Th. depositionibus evictum dant)à dicto E. K. in chartam conjectum. Accedit, quòd etiã ex maxima illa,(quam diximus)inæqualitate, ipsa Circumventio appareat. Qvi enim summam inæqualitatem inter liberos prioris,& liberos, ac maritum posterioris matrimonii, nec non seipsam,à Matre petit,urget,& extorquere cupit, ille certè contra jura,contra rectam rationem,& bonam fidem, contra officium bonæ Matris,id petit,& urget: æqvalitatem enim inter liberos prioris & posterioris matrimonii servari omnia jura volunt,

apud Decian 1. Consil. 31. n. 15. latiùs Marpurg. Consil. 25. n. 30. ubi etiam xocent,

quàm non admitti possit,quòd suum quis jactaverit, aut sibi consultò damnum & injuriam intulerit,aut inferri passus sit,

Cothm. d. 3. Cons. 44. n. 41. et alleg. ibi §. fin. Novellæ 22.

non potest igitur extra doli præsumptionem esse,cum manifestè contra jura mercetur,

Menoch. 5. præsumpt. 3. n. 76.

Sed & præterea omnia hìc sunt insolita,inaudita,falsa,fucata,nulla,& iniquissima. Causa enim impulsiva, uti & finalis,prætenditur conservatio & consolidatio concordiæ, & benevolentiæ inter liberos prioris matrimonii,& Matrem,ejusq; maritum,& liberos posterioris matrimonii: Tantum autem abest, ut illa hâc pactione procuretur, ut potiùs fieri aliter non posset,quin perpetuarum & implacabilium litium, rixarum,odiorum origo esset & fo-

mes,si ea'servaretur,ob summam inæqualitatem, uti dictum,

Vid. Marp. d.Consil. 25. n.56.57. & n. 73.

Causa efficiens & forma est in eo, quòd ab unâ parte sint filiæ natu maximæ Sponsus,D. D. & natu secundæ Procus,B. P.& ejus proxeneta,S.S.sagaces, docti, jurium intelligentes,juvenili ardore & activitate, (ut ita dixerim)de commodo suo adversus vitricum,ejusque futuros liberos, agentes;ab altera parte Matrona,juris, & tricarum, ad quid teneatur,vel non teneatur; qvem effectum pactio illa habitura sit,vel non,ignara; nec in jure,nec in facto, admonita; non accuratè,ut debebat,

per Hotoman. Consi. 7. n. 9.cum ibi citatis Dd. per Dn. Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 10. art. 1. n. 24. 73. et per alleg. in Resp. Kilon.

satis ac sufficienter edocta, ac erudita,& propterea nec obligata,

per dicta Dn. Mev. ad l. 2.jur. Lub. tit. 2. art 11. n. 356. ibiq; cit. Pensold. Dec. Consil 203. n. 7.

cum perpetui hypochondriaci,& aliorum malorum Corporis afflictionibus colluctans,ut persecutationes,& tædia istorum tractatuũ ferre non potuerit; & præterea relicta sola,& adhibitione Amici fidi,& JCti,Doct. G.aut alterius alicujus,non interessati,cui in re tanti momenti, (qvâ de tota ipsius, liberorumqve ejus primi & secundi matrimonii substantia, deque eo, quod ad secundum Maritum, & liberos ex eo sperandos è substantia matris pervenire deberet,agebatur,) credere se tutò posset,quod omninò requisitum fuisset,

l. 9. D. de j. et f. ignor. D. Mev. d. art. 12. n. 385.

prohibita; Totam igitur se autoritati,judicio,& suasui dictorum D. D. & B. P.de commodo & lucro suo adversus Vitricum,& liberos secundi matrimonii materni sollicitè certantiũ, se committens, ut testantur variis locis acta,& Testes: Sie were unpäßlich geweſen/nur ab- und zu gegangen/hätte in der Kuchen das Eßen bereitet/und were nur/wann ſie auffgefodert/zu der Handlung gekommen/hätte keinen Rechtsverſtändigen bey ſich gehabt/ob gleich bey den Tractaten zu Lübeck E.K. es erriñert/ſondern das Werck den andern in die hände geſtellet/*Ratione materiæ* Doct. D. & B.P. nomine liberorum prioris matrimonii, ipsis illis liberis singulis tantum tribuit prætensa divisoria Transactio,quantum Matri, ejusq; secundo marito, & liberis ex eo speratis, quotquot proventuri essent, omnibus, ac universis. Et quidem horum portio maximam partem ex pecuniis, vel incertis,& lite demùm persequendis,vel ad perpetuos dies in reditus annuos collocatis consistit,ut in effectu non proprietatem,sed usumfructum saltem suæ portionis habere potuissent, cum ipsi videlicet exigere sortes pecuniarum istarum nequirent, nec reperiretur, qui sine maximâ remissione in lucrum sibi cedente,reditus illos annuos esset empturus. Qua in re inprimis certè quàm pessimè,& inhumanissimè cum liberis posterioris matrimonii, tempore transactionis necdum natis,nec conceptis, adeòque nec accersitis, nec auditis ageretur,si rata maneret ista pactio:Unde enim dotes & donationes propter nuptias,unde studiorum,nuptiarum, aliarumque necessitatum sumptus essent depromendi? Sanè summa hæc inæqualitas machinationes subesse violentæ persuasionis arguit,

Menoch. 4. præsumpt. 12. n. 10.

& ex ejusmodi inæqualitate, quæ sub prætensa æqualitate & pace commissa apparet,dispositionem,ut erroneam, & ex falsa causa factam,pro nulla & invalida declarandam, docent,

Marp. d. 2. Consil. 25. n. 73.

Omni igitur ex causa, omni ex parte hæc Transactio iniquissima est,& penitùs nulla;Nullô igitur modô, sanâ,& salvâ conscientiâ servari eã ab ullo Prætore posse,mihi videor certissimus. Insolita enim omnia, & inaudita,contra jura, contra rectam rationem, contra bonam fidem,& bonæ matris officium,

cium,cum immodico ejus, & mariti ac liberorum damno, & enormissimâ læsione,ad commodum sollicitantiũ promissa, & pacta interparentẽ & liberos,quî possunt sine manifestæ calliditatis, & summo iniquitatis reatu fingi?

V. Menoch. 4. præsumpt. 12. & 5. præsumpt. 3. n. 66. 76. 90. 100. 102 & dicta in Resp. Kilon.

ad quæ servanda nullum judicis officium pertinet, cum non nisi boni, & innocentis Viri officio debeat fungi,

l. 4. D. famil. hercisc.

& Dei vices sustineat,

2. Chron. cap. 19. Sapient. cap. 6.

& propterea nullô modô ea debeat rata habere,ne alteri sua malitia sit lucrosa, alteri verò simplicitas sua damnosa,

l. 1. pr. D. de dol.

non debet enim quis lucrari ex alieno damno,

l. 28. D. de dol.

nec contra æquitatem naturalem alicui per occasionem juris prodesse sua calliditas,

l. 1. §. 1. D. de dol. mal. & met. except.

sed omninò puniri,nec nisi ei,qui eam admisit, obesse,

l. 11. §. 1. D. eod. tit.

Quibus tandem accedat Hottomanus

Consil. 7. n. 9. cum aliis citatis, ubi scribit,

filiam posse absolutionem â juramento petere ob enormem læsionem, ne juramentum sit vinculum iniquitatis, & id omnes Dd. etiam Canonistas, sentire, & juramentum illud esse remittendum.

Dec. Consil. 203. n. 45. in terminis transactionis super hæreditate ejusq; divisione, ubi adductis contrariis Dd. de rescindendâ transactione ob enormissimam læsionem concludit, eam opinionem magis communem & æquiorem esse, quæ pro rescindenda militet;

Et subjungit, qvòd, cum mulier est læsa enormissimè, possit contravenire, quia, ut dixit

Bald. in rubr. de rer. permut. in fine.

in contractu damnoso facto etiam cum juramento, simplicitas in muliere præsumitur, & juramentum injustum est, & captiosum, quod debet relaxari, & citat Deciusin id ulteriùs

Bald. Anchoran. Abb. Castrens. Aretin. Andr. Sicul. Cornei. Calder. Anton. de Butr. & egregiè deducit per d. Consil.

Et cum mulier qvid fecit in sui præjudicium, error potiùs, quàm donatio, aut simile validum negotium, præsumendus,

Marp. 2. Consil. 25. n. 100.

Auß welchen Ursachen dann auch diese Conventio und dieser actus nicht weniger zu rescindiren und zu annulliren seyn würde/wan er gleich pro nudo actu divisionis passiren könte.

wie ex d. Consil. Schraderi 46. n. 27. zu ersehen/*ubi textib. rationibus, et Dd. ibi adductis latius probat.*

aut si posset valere, ut Pactũ, vel Donatio. Nam si Transactio est rescindenda ob immodicã læsionem, persuasionẽ, dolum, idem & de pacto erit dicendũ,

Des. Cons. 203. n. 3. in fin.

cum sanè non minor sit transactionis, quàm pacti, vigor, imò major,

arg. l. 19. C. de transact. l. 35. §. 1. in fin. C. de inoff. test.

& donatio, quam ortam apparet ex circumventione, & callidâ persuasione, ac machinatione, rescindenda est, inprimis ob læsionem enormem,

ut post alios bene tradidit Hodierna controv. 16. n. 46.

pactum autem & donatio sunt ejusdem naturæ, ejusdem juridici effectus quoad validitatem conventionis,

l. 1. D. de transact. l. D. de novat. l. 9. D. de don.

Sed

Sed & Transactio, quæ non potest valere, ut transactio, nec valet, ut pactum,
per alleg. in Resp. Kilon. & Mandell. citatô locô, cum ibi adductis.
Nec, ut donatio, quia non est mera & vera donatio, si quis transigere velit, vel dividere bona sua, cum eo, quem jus ad ea habere putat, aut intelligit,
ut argumentatur Schrad. d. cons. 46. n. 51. Hodiern. d. n 46.
quia donatio est pura & per se intenta mera liberalitas, (ut dictum) & hæc sola respuit, seu non recipit, rescisionem ob enormem læsionem, quòd ea rescisio esset contra consilium & propositum donantis,
Schrad. Hodiern dd. ll. §. fin. Instit. de replicat.
unde nec renunciatio, vel remissio, in forma transactionis facta, si nequit valere, ut transactio, valet, ut renunciatio, vel remissio,
Mandell. Schrad. Hodiern. dd. ll.
qvia sunt donatio,
l. 9. pr. D. de donat.
& pactum, donatio, renunciatio, remissio, sunt idem ratione intentionis sui autoris, & causæ efficientis, ac validitatis conventionis,
l. 1. D. de transact. et passim Dd.
Et in his præcisè judicandum est secundùm speciem illam, quam intenderunt paciscentes, transigentes, contrahentes,
Cagnol. in l. fin. C. de pact. n. 279.
Qvibus & illud adjicimus, quòd, cum tot rationibus convicti fateri cogamur, dolum huic negotio causam dedisse, vel re ipsâ per læsionem immodicam intercessisse; simul & ipsô jure nullam hanc transactionem dicere debeamus, utpote super divisione hæreditatis, vel bonorum matris inter eam & liberos, ceu bonæ fidei negotiosa, etam.
per ea, quæ latè tradidit Schrad. d. sup. Consil. 46. n. 26. 27. & seqq. n. 34. & seqq. & N. Eberh. jun. 2. Consil. 24. n. 82. & seqq. Bacchov. de Actionib. disput. 6 th. 16. junctâ th. 10. & l. 2. C. de transact. ibiq; Dd. notis.
Woraus abermahl für augen/daß diese prætendirte Transactio de jure in keine wege pro valida angenommen/oder nach derselben den Kindern das geringste zuerkandt werden könne/sondern sie hingegen gäntzlich auffzuheben/und zu cassiren sey.
Massen auch über daß Juris, quòd supervenientia liberorum tollat & revocet donationem, etiam partis saltem bonorum,
ut ex deductis in Resp. Kilon. apparet, & ex Mantica de tacit. convent. p. 1. lib. 2. tit. 4. n. 69. ibiq; cit. Imol. Cornel. Rip. Tiraq.
Und der liebe GOtt deß Herren D. Eheliebste in anderer Ehe mit einem jungen Sohn bereits vor etzlichen Jahren/ wie auch dem bericht nach nun abermahl gesegnet/ und mehrer Ehesegen nach GOttes willen ferner zu hoffen.

Und ob gleich fürgegeben werden möchte/ daß der Herr Doctor, und dessen Bruder Lt. Th. dennoch bey der Handlung zu Rostock gewesen/ dieselbe mit mundiren helffen/ und nebst seiner Eheliebsten/ als damahligen Braut/ dero Töchtern/ und vorigen Ehewirhts Brudern/ imgleichen D. D. und B. P. unterschrieben/ also deß Herren Doctoris Eheliebste gute vertraute gelahrte Beystände gehabt/ durch deren gegenwart/ approbation, uñ unterschrifft alle suspicio circumventionis gehoben uñ daß alles auß freyẽ willen/ gutem Raht/ und wolbedachtem Muht hergeflossen und geschlossen sey/ zuglaubẽ/ uñ pro fundamento zusetzẽ: So mag doch solches wenig reliviren, Quia subscriptio Sponsi non præjudicat sponsæ, nec à vitio liberat actũ vitiosum,
Vult. 2. Consil. Germ. II. n. 40. ubi;
Quòd subscriptio Sponsi sit accessorium, & ideò corruente contractu principali etiam corruat subscriptio sponsi, & quòd illa hanc conditionem in se habeat, si principalis actus valeat.
per text. & per Bald. Alex. Socin. ibi alleg.
Nec Mariti subscriptio, consensus, transactio, præjudicat Uxori,
Marpurg. 2. Consil. 25. n. 93. 94.

Welches dann hie umb sovielmehr staht haben muß/ weil der Herr Doctor, und desselben Bruder/ Herr L. Th. tanqvam interessati, & in re & causa propria, & commodum suum & fratris proprium concernente, weder bey des Herren Doctoris damahls verlobten Eheliebsten/ propter nimiam ejus præoccupationem, noch bey Doct. D. und B. P. so auff der Kinder seite gewesen/ gehör gehabt haben; gestaldt daran nunmehro umb soviel weniger Zweiffel/ nachdem D. D. in dicta causæ matrimoniali à B. P. productus, & proinde, uti & ex litis consortio, & paris causæ patrocinio, omni exceptione contra eum major, & de facto proprio deponens, per hoc plenam faciens probationem, judicialiter und juratò ausgesagt/ daß Sie deß Herren Doctoris Einrede bey dem Transact nicht attendiren wollen; Item; Er hätte ihnen nicht einzureden gehabt/ tanquam Procus, Item; Er D. D. hätte niemand dabey haben wollen/ der ihnen verdächtig; Dadurch Herren L. Th. als deß Herren Doctoris Bruders/ Aussage/ daß man ihn wegen seines Bruders Interesse suspect gehalten/ und ihm kein gehör geben wollen/ zugleich mit bestärcket wird. Quid igitur ex dictis, & subscriptionibus illorum autoritatis, quid fidei argui potest, quibus nulla autoritas, sed nuda saltem obsequii gloria, relicta fuit? Nec sola & nuda amicorum præsentia dolô, aliove vitiô purgat necessariò negotia, inprimis, si res ipsa dolum, læsionem ostendat.

N. Eberh. jun 2. cons. 24. n. 94.

Bevorab/ weil ex adductis bey keinem vernünfftigen Menschen glaublich/ daß sonst der Herr D. oder dessen Eheliebste/ einen so überaus nachtheiligen Vertrag wurden eingangen und unterschrieben haben/ wann nicht Diese gar zusehr eingenommen/ und überredet gewesen were/ daß Sie gemeinet/ Sie muste nohtwendig den Vertrag beliebten und unterschreiben. Et præsumptio ista, quæ ex amicorum & propinquorum præsentia oritur, eliditur & excluditur, apparente in contrarium tantâ læsione, torque nimiæ persuasionis & captionis perspicuis indiciis, Veritas enim excludit præsumptionem, & præsumptio cedit veritati,

Pacian. de probat. cap. II. n. 13. Carpz. p. 1. const. 16. def. 63. in fin

& ubi non habet locum ratio & fundamentum præsumptionis, ibi quoque ipsa cessat præsumptio,

l. 67. §. 1. D. de rit nupt. l. pen. D. quod met. pr.

& plures, ac validiores, & magis specificæ præsumptiones excludunt & tollunt generaliores, pauciores, infirmiores,

d. l. 67. § j. in fin. D. de rit. nupt. l. 34. C. ad L. jul. de adult. l. 7. pr. D. de rest. in int. optimè Schurff. 3. Cons. 50. n. 2, 3.

nam & quilibet de jure & naturâ præsumitur bonus, sed tamen dolus adversus eum indiciis probatur,

l. 6. C. de dolo. & plura alleg. à Vulteio 2. Consil. Germ. II. n. 30. 52. 53.

Nec obstat, quòd quis contra factum suum venire non possit: quia certissima ejus dicti limitatio est, nisi illud sit nullum, aut de jure tollendum,

Vult. d. 2. Cons. Germ. 11. n. & ibi citat. Decian. cum alleg. 2. Cons 48 n 36.

Zu dem ist der vermeinte Vertrag ohne deß Herren Doctoris, oder einiger Gelahrten Beystandt und approbation anfänglich zu Rostock schon verabredet/ hernach zu Lübeck/ deß E. K. erinnerung/ daß man einen Rechtverständigen dabey nehmen solte/ ungeachtet/ punctiret, und zu Papier gebracht worden/ wie E. K. und S. S. imgleichen D. D. alle einhellig zeugen: Wie er aber denuò zu Rostock reassumiret, und völlig extendiret, und vollnzogen/ hat man weder deß Hn. Doctoris, noch seines Brudern/ Lt. Th. Einrede dawieder hören wollen/ wie vorhin gedacht. Nulla igitur hîc est Sponsi approbatio, sed nuda ad voluntatem D. D. & B. P. subscriptio, quæ igitur præter testimonii effectum nihil infert.

Ob auch gleich es daß ansehen haben möchte/ daß propter possessionem semel acqvisitam D. D. durante lite, seu pendente appellatione, (quæ tamen hodiè

diè non amplius supereſſe, ſed per Sententiam Caſſatoriam prætenſæ Transactionis deciſa, & dudum finita dicitur) in poſſeſſione, und Hebung der Zinſſen von denen Pöſten / ſo ihm mittelſt tradition der darauff lautenden Obligationen übertragen/zulaſſen: So iſt doch in d. Reſp. Kilonienſi zur gnuge darauff geantwortet. Poſſeſſio notoriè injuſta jus poſſeſſionis non tribuit, nec tuenda eſt, ſed ſine cauſæ cognitione aufferenda,

Weſemb. 7. cons. 345. n 8. Mev. ad jus Lub. lib. 2. tit. 2. art. 27 n 27 ibiq; laudati Dd.

quod & obtinet, quando poſſeſſio eſt nulla, improba, infecta,

Salgad. poſt Labyr. creditor. concurr. decis. R. R, 67. n 22.

& expeditum hodiè eſt, quòd remedia poſſeſſoria non juvent, ſi adverſarius doceat veriſimiliter juſtiorem poſſeſſionem,

per tradita & allegata Bachov. §. 3. Inſtit. de interdict. n. 4. in fin.

nec manutenendus in poſſeſſione, adverſus quem alius decretum poſſeſſionis, & immiſſionem judicialiter conſecutus eſt,

latè Salgado poſt Labyr. creditor. concurr. Decis. R R. 68. 84.

Quid igitur, ſi hujus Poſſeſſio à Principe juſta, alterius verò injuſta declarata, cum res judicata ſit pro veritate habenda?

Nec amittit jus poſſeſſionis, quem vi eam amiſiſſe ſcimus,

Klock. de contrib. cap 20. n. 333. & ſeqq.

debet enim omni vitio carere poſſeſſio,

Weſemb. 71 Cons. 345. n. 109. ibiq; Paris.

Ergò & quem dolo circumventum ad tradendum novimus: Idem enim eſt, vi ablatam, vel dolò, aut perſuaſione extortam eſſe poſſeſſionem,

Mev. ad jus Lub. lib. 1. tit. 5. art. 12. n. 94. ubi ex Coler. Dec. Harim. Piſt. docet,

Spolium non minùs committi, ſi blandis perſuaſionibus, quàm ſi vi quis à poſſeſſione excludere mulierem moliatur, & ante omnia eam reſtitu ndam eſſe. Et poſſeſſio nil relevat eum, qui non ſine dolo malo, vel vi, in ea reperitur, ſed habetur pro non poſſidente,

l. 21. C. de liber. caus.

